

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Vtrum si Spiritus sanctus à Filio non procederet, ab eo re distingueretur.
disput. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

fidelibus omnibus tunc erat notum, & aduersus Arianos expeditiebat definire: an vero simul etiam procederet a Filio, indefinitum relinquit.

Ad tertium.

Ad id vero, quod de anathemate Conciliorum, ac Leonis terrij subiungitur, dicendum est. Solum anathematizari eos, qui docent alius aut alterius, hoc est, contrarium, aut repugnans iis, quae in eo symbolo continentur: non vero eos, qui docent, aut praedicant, quod in eo formaliter non scribitur, si tam in eo contentis non repugnet: tale quid est Spiritum sanctum procedere etiam a Filio. Alias nefas esset docere populum sanctum Dei aliquod aliud mysterium præter ea, quæ id symbolum continet, ac proinde non licet mysterium Eucharistie docere, quod sane ridiculum est. Adde, Concilia generalia sequentia multa addidisse illi symbolo, ut de sexta Synodo est manifestum. In Constantino-politana, etiam Synodus adiecit symbolo Concilij Nicenii verba illa, significantem, ex Patre procedentem, cum Patre, & Filio adorandum, & conglorificandum, & quadam etiam alia. Eadem forma loquendi, quæ Leo terrius, vsus est etiam Paulus ad Galatas primo dum dixit: *Licet nos aut Angelus de celo emanet, et vobis preterquam quod euangeliz animus vobis,* (id est, contrarium, aut repugnans) *anathema sit.* Ipse namque Paulus ad Thessal. 3. pollicetur se iterum venturum ad eos, id enim optabat, ut compleceret ea quæ de cetero fidei illorum, quam prius docuerat, dicens: *Oramus ut videamus faciem vestram, & complexam ea quæ desunt fidei vestre.*

Quis autem symbolo, quod hodie in Missis canitur, addicere partem illam, Filiique, dum dicitur: *Qui ex Patre Filiique procederet.* ait D. Antoninus loco citato, non satis constare. Certum tamen esse, vel in aliquo Concilio generali, vel autoritate alicuius summi Pontificis additum esse. D. Thomas hoc loco ad secundum affirmare videtur in quodam Concilio in Occidentalibus partibus, congregato autoritate summi Pontificis accessibile: non tamen dicit quodnam fuerit Concilium illud, & quis fuerit summus ille Pontifex. Tempore tamen Concilij Toletani V. I. I. iam id erat additum: nam in symbolo fidei illius Concilij appositum repperitur.

DISPUTATIO III.

Vtrum si Spiritus sanctus a Filio non procederet, ab eo re distingueretur.

*R*atio prima D. Thomas præbet ansam excitan-
de huius questionis. Scottus in 1. distin. 11. q. 2. Ochamius, Gabriel, & Aureolus eadem distinctione, & quidam alii Scotti sectatores, tuerunt partem affirmantem, quam probant primò, quoniam si per impossibile, Spiritus sanctus procederet a Filio, & non a Patre, distingueretur realiter a Patre: ergo si procederet a Patre, & non a Filio, distingueretur realiter a Filio. Consequentia est manifesta, cum sit pars ratio virobiique. Etenim sicut si Spiritus sanctus non procederet a Filio, non esset inter Filium & Spiritum sanctum relativa oppositio, sic etiam si non procederet a Patre, non opponeretur Patri relativa: fundamentum autem, cui contraria opinio innititur ut alterat, si Spiritus sanctus non procederet a Filio, non fore distinctionem inter Filium & Spiritum sanctum, est, quod in diuinis solum sit distinctione inter ea, inter quæ exercetur relativa oppositio. Antecedens vero probatur, quia dat oppositum, videlicet Patrem & Spi-

A tum sanctum ea hypothesis data futuros idem, ac proinde vnam, & eandem personam, tunc ita argumentor. Pater tunc producet Filium, & Filius Spiritum sanctum: ergo si Pater & Spiritus sanctus essent eadem persona, vna & eadem persona, & producerebant alia, & producerebant simile ab ea, quod est absurdum.

Secundo, per id vnumquodque distinguuntur à quocumque alio, per quod constituitur in suo effectu Filius modò constituitur in esse personali Filius per filiationem & non per spirationem actuam, vt de patet, potestque, confirmari: tum quia spatio actuam constituit quippiam communicabile: tum etiam, quoniam, vt videbimus, præsupponit filiationem, aduenitque Filius iam constituto, eaque ratione Filius vna cum Patre spirat Spiritum sanctum: ergo Filius distinguitur modò personaliter ab Spiritu sancto per filiationem sed est Spiritus sanctus non procederet a Filio, adhuc Filius retineret filiationem; ergo adhuc distingueretur per eam ab Spiritu sancto.

Tertiò, si Spiritus sanctus non procederet a Filio, Filius non minus esset vnum, quam sit modò: ergo non minus esset indivisus in se, & distinctus à quocumque alio, quam de facto sit: ac proinde non minus distingueretur ab Spiritu sancto, quam modò distinguitur. Prima consequentia ex eo est manifesta, quod ratio vnius in eo sit posita, vt sit quid indivisum in se, & distinctum à quocumque alio. Reliqua vero totius discursus notissima sunt.

Quarto, fundamentum totum, cui autores contrarie opinionis innituntur, est quod in diuinis solum inter ea est realis distinctione, inter quæ cernitur relativa oppositio: sed de facto nec inter filiationem & spirationem passiuam, nec inter paternitatem & eandem spirationem passiuam est oppositio relativa, sed quod Filius & Pater non opponuntur relativa Spiritui sancto, quatenus Filius & Pater sunt, sed solum quatenus sunt vnius spirator consideratus præcisè à paternitate & filiatione: & tamen de facto est distinctione realis inter filiationem & spirationem passiuam, & rursus inter paternitatem & spirationem passiuam, quippe cum Filius & Pater non solum quoad rationem spiratorum distinguantur realiter ab Spiritu sancto, sed etiam quoad rationes Patris & Filii: ergo fundamentum illud est falsum: ac proinde, esto Spiritus sanctus a Filio non procederet, ab eo nihilominus distingueretur realiter.

E Confiratur hæc ratio, quoniam si Filius, qui Filius, ab spiratione actuam, secundum quam opponuntur relativa Spiritui sancto, haberet, vt distingueretur ab eo realiter, & non à sua proprietate personali Filius, scilicet spiratio actuam esset, causa illius distinctionis in aliquo genere cause: sed nullum genus dabis, in quo sit ita causa, vt patet, si singula percurras: ergo non est causa illius distinctionis, sed Filius, secunda spiratione actuam, à sua proprietate personali haberet, quod distinguitur ab Spiritu sancto: quare cum eandem proprietatem retineret, esto Spiritus sanctus ab eo non procederet, sane ab eo distingueretur realiter.

Confiratur rursus eadem ratio, quoniam in aliis relativis, non solum cernitur distinctione realis inter ea, quæ mutuè opponuntur relativa, sed etiam inter ea, quæ sunt ad inuicem disparata, vt simililitudo huius candoris non solum distinguitur à similitudine alterius candoris, sed etiam ab equalitate, quam haec papyrus habet ad aliam sibi aequalem: ergo pars ratione in diuinis non solum erit distinctione realis inter relativam, quæ opponuntur inter se, sed

Sed etiam inter disparata, qualia essent Filius, quæ Filius, & Spiritus sanctus, esto Spiritus sanctus à Filio non procederet. Etenim distinguerentur, quia ex natura rei essent rationes formales reales, quarum una non est alia: quemadmodum similitudo & aequalitas ex eodem capite distinguuntur inter se.

*Quinto, processio passiva per intellectum, & per voluntatem repugnant eidem persona, eo quod processio per voluntatem supponat processionem per intellectum: ergo eo ipso, quod Filius procederet à Patre per intellectum nascendo, Spiritus sanctus verò non item, sed spiratus per voluntatem, distinguerentur adiuticem, esto Spiritus sanctus à Filio non procederet. Id quod videtur aperte affirmare Anselmus in libro de processione Spiritus sancti cap. 4. cum ait: *Habent virque à Patre esse Filius & Spiritus sanctus, sed diverso modo, quia alter nascendo, & alter producendo, ut alii sint per hoc ab iniunctum.* Et paulò inferius: *Nā si per aliud non essent plures Filius & Spiritus sanctus, per hoc solum essent diversi.**

Sexto, i.e. Spiritus sanctus à Filio non procederet, nihilominus Filius, quæ Filius, esset una persona, eo quod esset rationalis natura individua substantia: similiter etiam Spiritus sanctus, quæ Spiritus sanctus, esset alia persona, quia similiter esset rationalis natura individua substantia: ergo essent plures personæ, distinguerenturque ab invicem personaliter, atque adeo realiter.

Partem negantem tenuerunt D. Thomas, Caietanus, & Torres hoc loco, D. Bonaventura in 1. dist. t. quæst. 1. Agidius quæst. 3. & quodlib. 1. quæst. 6. Durandus quæst. 2. Capreolus quæst. 1. Argentinus quæst. 2. Marsilius in 1. quæst. 15. art. 3. Ferrariensis 4. contra gentes cap. 24. ceterique lectorates Diuit Thomæ. Potissimum autem ratio, cui inititur haec sententia, est illa numquam satis soluta, quia Diuus Thomas sūs est hoc loco, nō quæ disp. 1. proposuimus primo loco. Vis illius hac est. Perlonæ diuina non distinguuntur nisi relationibus inter se oppositis: in Patre namque sunt duas relationes, nempe paternitas & spiratio actiua, quæ non alia de causa sunt idem realiter inter se, nec constituant principia inter se distincta, nempe Patrem & spiratorem, nisi quia non opponuntur inter se: quare cum, si Spiritus sanctus à Filio non procederet, non essent in eis nisi filiatio & spiratio passiva, quæ inter se non excent oppositionem relatiuam: tamen Spiritus sanctus non plus distingueretur à Filio, quam Pater distinguitur ab spiratore.

Neque sati facit responso Scoti, & aliorum, qui Scotum sequuntur, dicentium, quia ab uno & eodem principio possunt multa emanare, ut in rebus creatis est manifestum, non esse necesse, quemadmodum relationes non oppositas non faciunt distinctionem in principio, ita quoque relationes non oppositas illis respondentes non efficiunt distinctionem in iis, quæ sunt à principio: quare, inquit, licet paternitas & spiratio actiua, quæ constituant principium Filii & Spiritus sancti, non efficiant distinctionem inter Patrem & spiratorem: filiatio tamen & spiratio passiva, quæ constituent ea, quæ sunt à principio, poterunt optimè efficiere distinctionem realēm inter Filium & Spiritum sanctum.

Non, inquit, sati facit haec responso. Primo, quoniam paternitas & spiratio actiua non constituant principium secundum eamdem rationem principijs, sed secundum aliam ac aliam: paternitas namque constituit Patrem in esse Patrem, qui quantum Pater, est principium Filii, & non Spiritus sancti: spiratio verò actiua constituit spiratorem in

Molina in D. Thom.

A esse spiratoris, qui, quatenus spirator, est principium Spiriti us sancti, & non Filii: cùm ergo constituant principium secundum aliam ac aliam rationem principijs, quæ ex natura rei deberent esse res distinctæ, nisi perfectio, simpli citasque diuina id impedirent, præterim cùm ratio una, nempe Patris, sit ex natura rei quippiam incommunicabile, ratio verò alia, spiratoris scilicet, de facto sit communicabilis: sit, ut reddenda sit ratio, quare Pater & spirator non sint duo principia re ipsa distincta: Filius verò & Spiritus sanctus sint duas res distinctæ: neque alia fingi potest, nisi quia inter Patrem & spiratorem non est oppositio relativa: inter Filium verò & Spiritum sanctum est oppositio relativa, quæ ratio celaret, si Spiritus sanctus non procederet à Filio.

Secundo, non satisfacit eadem responso, quoniam paternitas & spiratio actiua non sunt principia producenti Filium & Spiritum sanctum, sed sunt ipsam productiones actiua significatae, non per modum actionis: in rebus autem creatis licet multa productiones passiva emanare possint ab eodem principio actiua, multis tamen productionibus passiva semper correspondentia multæ productiones actiua: actio nāque & passio in rebus creatis sunt in passo tamquam in subiecto, suntque idem re inter se: quare esse nequeunt passiones multæ, quin dentur multa actiones, quæ cum illis sim idem, ei quæ correspondant: cùm ergo paternitas, & spiratio actiua, seu (quod idem est) generatio actiua & spiratio actiua, sint productiones ipsa actiua: filiatio verò, seu generatio passiva, & spiratio passiva, sunt emanationes passiva, reddenda est ratio, quare hæ distinguuntur re, illæ verò minimè: præterim cùm sicut hæ sunt relationes in Deo, ita & illæ: neque alia reddi potest, nisi quod filiatio & spiratio passiva constituant res oppositas adiuticem relatiuam: paternitas verò & spiratio actiua non item, quæ ratio cessat, si dicamus Spiritum sanctum non procedere à Filio.

Rationem, opinionemque Diuini Thomæ confirmat axioma illud Theologorum ab Anselmo, & Concilio Florentino, & ab aliis frequenter usurpatum, in diuinis non est realis distinctione, nisi inter ea, inter quæ cernitur oppositio relativa.

Eamdem sententiam non parum confirmat, quod hoc loco pro solutione argumentorum notar Caietanus, nempe cùm in diuinis sola relatio efficiat realē distinctionem, signum esse, relationem id non habere, nisi ratione proprij peculiarisque modi distinguendi, qui conuenit relationi, quatenus relatio est. In rebus namque creatis duplum, distinguuntur quidem a subdupo, quia oppositum ei relatiuè: à quadruplo verò, quia est ab eo diversum & disparet. Inter hos autem duos modos distinctionis unius relativi ab alio hoc est dicitur, quod secundus communis est relatiuè cum ceteris rebus absolutis creatis: in omnibus quippe illis rationes formales disparate ab invicem distinguuntur. Primum verò modus est proprius relativi, quatenus relatiuè sunt. Quia ergo omnia alia, quæ secundum suas rationes formales in rebus creatis dispara, diversaque sunt, in Deo, propter omnitudinem simplicitatem, actualitatem, infinitamque, ac illimitatam perfectionem, vniuntur, nec distinguuntur ex natura rei, vt in scientia, intellectu, voluntate, ceterisque attributis est manifestum: quia etiam sola relatio est, quæ in diuinis efficit distinctionem, non à quoconque, quia neque ab absolutis, quæ sunt in Deo, est distincta: cùm tamen in rebus creatis relatiuè & absolutum ex natura rei distinguantur: neque paternitas

Q. q. tas.

tas & spiratio actua distinctæ sunt inter se, distinctionemve inter Patrem & spiratorem efficiunt, quia licet relatiui sint, non tamen opponuntur adiuvicem, consequens profecto est, ut relatio in diuinis solùm efficiat distinctionem secundum proprium & peculiarem modum distinguendi relationis, quatenus relatio est, ac proinde ut solùm inter ea efficiat distinctionem, inter qua aliquo modo cernitur oppositio relativa.

Principia difficultas circa opinionem Diui Thomæ est, quonam pacto intelligendum sit axioma illud, cui innititur, in diuinis solūm est inter ea distinctione inter quæ cernitur relativa oppositio. Deficere namque videtur in paternitate & spiratione passiva, & rursus in hac & filiatione, inter quas confitenda est distinctione realis, ex intellectu illius axiomatis pendet solutio argumentorum quæ proposita sunt.

Sola relativa oppositio efficit in diuinis realem distinctionem, duobus modis expone-

Altera ergo duorum modorum expondere possumus axioma illud. Primum est ita, ut relativa oppositio non solùm sit ratio, cur distinguuntur secundum rem ea, quæ formaliter sunt opposita, sed etiam ea, quibus relatio opposita aduenit tamquam presuppositus ordine originis, sicut sensus axiomatis illius. In diuinis solūm est realis distinctione inter ea pertinentia ad originem, inter quæ cernitur relativa oppositio, vel ratione sui, vel ratione relationes adiunctæ, & quasi superuenientia, quæ sit ratio, ut que ita ordine originis presupponuntur, etiam distinguuntur. Verbi gratia, paternitas constituit Patrem in esse principij Filii per intellectum, & spiratio actua constituit spiratorem in esse principij Spiritus sancti per voluntatem: quia ergo emanatio per voluntatem supponit emanationem per intellectum, eò quod velle ex natura rei supponat intelligere, fit, ut nostro intelligendi more cum fundamento in re, prius sit Patrem esse Patrem, quam spiratorem, & ut ratio spiratoris supponat rationem Patris, eique quasi superuenientia. Oppositio ergo, quæ cernitur inter spiratorem, quæ spirator est, & Spiritum sanctum, est ratio non solùm eur spirator, quæ spirator est, distinguatur ab Spiritu sancto realiter, sed etiam cur ratio Patris (quam ratio spiratoris ordine originis supponit, & cui quasi praexistenti aduenit) distinguatur etiam ab Spiritu sancto. Simili modo in Filio, quia prius est Filius esse, quam ipsum esse spiratorem, eò quod Filius per generationem, quæ ad esse Filii terminatur, à Patre accepterit ut sit spirator, sit, oppositio, quæ est inter spiratorem & Spiritum sanctum, non solùm sit ratio distinguendu spiratorem, quæ spirator est, ab Spiritu sancto, sed etiam Filiū secundum esse Filii, ita quod nisi ratio Filii & Patris adiunctam habent modo explicato rationem spiratoris, nulla ratione ab Spiritu sancto secundum rem distinguenteruntur.

Huius rei habemus exemplum accommodatum in rebus creatis. Socrates namque duo includit, naturam videlicet humanam, & principium, quo individuatur. Plato similiter totidem includit, distinguunturque Socrates & Plato realiter, non solùm quod gradum, qui est principiū individuans, sed etiam quoad naturam humanam, quam includunt: quippe cum ratio ipsa humanitatis existens in uno eorum, distet loco à ratione humanitatis existente in altero: licet autem Socrates & Plato quoad verumque gradum distinguantur realiter, solùm tamen principiū individuans est ratio distinctionis, non solùm sibi ipsi, sed etiam gradu naturæ communis, cui adiungitur. Etenim natura humana à principio individuante adiuncto sibi in Socrate, ratione cuius facta est in Socrate individuum per accidens,

A habet ut distinguatur realiter à se ipsa secundum esse quod habet in Platone, propter principium individuans, quod in Platone habet adiunctum: scilicet quod principiū individuantibus, ut naturæ illæ non habent, quod sunt multæ, ita nec habent quod distinguuntur, aut differant inter se. Sicut ergo in rebus creatis differentia adiuncta est ratio, cur natura communis vniuersa in diversis individuis distinguatur realiter, cum tamen ex iis, quæ sibi sunt intrinseca, non habeat, quod realiter distinguatur, sic etiam in diuinis oppositio est, ratio, non solùm quod ea, quæ formaliter sunt opposita, distinguuntur realiter inter se, sed etiam quod alia ad originem pertinentia, quæ præsupponuntur, & quibus quasi aduenit relatio opposita, distinguuntur etiam realiter ab extremitate relationis sic aduenienti opposito, & proinde ut Pater & Filius, quibus relatio spirationis actua quasi aduenit, distinguuntur ab Spiritu sancto.

Secundo modo axioma illud exponi potest, si dicas, nomine oppositorum non intelligi correlata, sed ea inter quæ mediatæ, vel immediate est ordo originis, eius à quo aliis, & qui ab alio. Cū enim nihil magis pugnet, quād idem, vel mediatæ, vel immediatæ producere seipsum, eo ipso quod aliquid mediatæ, vel immediate est ab alio, necessariō debet ab eo distinguiri, non solùm quod ipsam habitudinem originis, sed etiam quoad omne aliud esse relationum, quod præsupponitur in eodem supposito, cuique quasi superuenit talis ordo originis. Quare quia à Patre & à Filio est Spiritus sanctus, ratione spiratoris in Patre, supponit esse Patrem, & in Filio, esse Filiū, efficit ut Pater & Filius non solùm in ratione spiratoris, sed etiam in ratione Patris & Filii distinguuntur realiter ab Spiritu sancto, quod non esset, si Spiritus sanctus ab utroque non procederet. Hanc expositionem innuit Caetanus questione 30. articulo 2. ad secundum dubium, differtque à priori, quia iuxta hanc expositionem dicere possumus, paternitatem & filiationem in hoc sensu habentes à se, quod distinguuntur ab ratione passiva, quia à se, à suis rationibus formalibus habent, quod constituant supposita, à quibus est Spiritus sanctus, & ob id, quod distinguuntur ab Spiritu sancto: iuxta priorem vero non id habent à propriis rationibus formalibus, sed à ratione formalis spirationis actiæ, quam si apte natura habent adiunctam. Dicitum est in hac posteriori expositione, ad distinctionem realem satis esse ordinem originis mediatæ, vel immediate: quia si per impossibile Spiritus sanctus immediate esset à solo Filio, eo ipso quod Filius est à Patre, Spiritus sanctus esset mediatæ à Patre, sicut nepos mediatæ est ab suo, mediante scilicet suo patre qui ab aucto fuit productus, atque id esset satis ad distinctionem realem inter Patrem & Spiritum sanctum.

F Ad primum ergo argumentum contraria opinio nis posset dici primum, quod Spiritus sanctus tunc distinguueretur realiter à Patre, ut probat argumentum: eò quod ab eo esset Filius & à Filio Spiritus sanctus: & præterea non distinguueretur à Patre, quia inter Patrem & Spiritum sanctum non esset tunc oppositio relativa, ac proinde argumentum optimè probaret implicare contradictionem Spiritum sanctum esse à solo Patre. Legitima tamen argumenti solutio est, si concedamus antecedens, & negemus consequentiam. Ad probationem vero negandum est, esse parentem rationem utroque. Etenim si Spiritus sanctus non procederet à Filio, nulla esset inter Filium & Spiritum sanctum oppositio: esto autem non proce-

deret
dus expon
di illud id
axioma.

Refute
tur ad argu
menta prop
ria opini
onis patrum

deret finimediata à Patre, sed immediata, quatenus procederet à Filio producito à Patre, esset oppositio relativa inter patrem & Spiritum sanctum, principijs mediatis ad id, quod mediata est à tali principio: sicut inter nepotem & avum est oppositio relativa. Itaque negata tunc non posset in Parte aeterno relativa eius, à quo mediata esset Spiritus sanctus, per quam, & per aliam, quæ ex parte Spiritus sancti responderet, mutuò le respicerent, opponerenturque relativi suppositum Patis & Spiritus sancti: sicut supposita aut & nepotis in humanis mutuò se respiciunt, relatiæque opponuntur, quæ oppositio esset satis, ut supposita Patis & Spiritus sancti distinguenter realiter inter se, iuxta utramque expositionem axiomatis supra traditam. Quod si in antecedente argumento oppositi diceretur, si per impossibile Spiritus sanctus ita esset à solo Filio, ut neque mediata esset à Patre, tunc negandum esset antecedens, nec probatio illius subiuncta id probat. Præterea manifestam inuoluit contradictionem, Spiritum sanctum esse à Filio, & non esse, saltem mediata à Patre: cùm contradictionem implicet, esse Filium, à quo procedat Spiritus sanctus, & non esse Patrem, à quo immediate sit Filius, & mediata Spiritus sanctus. Vnde parum esset curandum, quid ex tali antecedente concluderetur.

Ad secundum. Iuxta priorem expositionem axiomatis traditam, dicendum est, maiorem non esse vniuersim veram. Natura namque humana, ut est in Socrate, realiter distinguitur à se ipso, ut est in Platone, & tamen non distinguitur per rationale, per quod constitutur in esse natura humana, sed per differentias individuantes adiunctas, ut explicatum est. Eodemque modo Filius, quo ad esse Filii, distinguitur ab Spiritu sancto, non ratione filiationis, pèr quæ constitutur in esse Filii, quasi filiatio sit ratio, quod distinxit sit ab Spiritu sancto, sed rationale spirationis actiua: quæ superuenientis, secundum quæ relatiæ opponitur Spiritui sancto, ut explicatum est. Iuxta posteriorem vero expositionem, concessa maiori, & minori, concedenda quoque est prima consequentia. Ad maiorem vero subsumptam dicendum est, quanuis, ea hypothesi data, Filius retinetur filiationem, non tamen quæ esset talis naturæ, ut constitueret suppositum, à quo procederet Spiritus sanctus, & quæ suæ naturæ haberet adiunctam spirationem actiua, sibi quæ superuenientem, quare quia, ea hypothesi data, filiatio haberet longè diuersam naturam ab ea quam modò habet, modò Filius per eam distinguitur realiter ab Spiritu sancto, ex vero hypothesi data, non distinguetur per eam. Vnde si in minori sit sermo de filiatione, quæ esset eniàdem omnino rationis cum ea, quæ modò est, neganda est minor: si vero quæ esset alterius rationis, concessa minori, neganda est consequentia. Posset quoque facile solu idem argumentum, negando ultimam consequentiam: quia tunc Spiritus sanctus non esset aliis à Filio: Filius vero à filiatione non habet quod distinguitur, nisi à quocumque alio à se auctore respondeat sententia: tenuentur concedere, Patrem à paternitate, qua constitutur in esse Patis, & Filium à filiatione, qua constitutur in esse Filii, non habere quod distinguitur ab spiratore, quia spirator non est aliis à Patre, & Filio. Quod si dicant, data ea hypothesi, Spiritum sanctum futurum fuisse aliud à Filio, non secus ac modò est, pertinet principium: hoc enim ipsum est, quod illis erat probandum.

Ad tertium. Ad tertium concessio antecedente, & prima

Molina in D.Thom.

A consequentia; neganda est secunda, quia infertur, non minus distinguedum fore ab Spiritu sancto, quæ distinguitur modò. Ratio autem, quare neganda sit, ea est. Quia Spiritus sanctus tunc non esset aliis à Filio: sicut enim Filius modò est unus, esto non distinguitur à spiratore, eo quod spirator non sit aliis à Filio: ita tunc esset unus, esto non distinguerentur ab Spiritu sancto: eo quod ea hypothesi data, Spiritus sanctus non esset aliis à Filio.

Ad quartum neganda est minor: est enim relativa oppositio, ordóque originis inter paternitatem & filiationem ex una parte, & spirationem passiuam ex alia, ratione spirationis actiua adiuncta ac superuenientis paternitaci filiationi.

Ad primam confirmationem. iuxta primam expositionem axiomatis, dicendum est, quemadmodum natura humana in Socrate, & natura humana in Platone, habet quod distinguitur realiter, à differentia individuante adiuncta, tamquam à forma superueniente, ac proinde in genere cause formalis, eo modo r. lib. Physicorum explicatum est, existentiam materiæ causari à forma substantiali in genere cause formalis: ita spirationem actiua esse, non causam (quia in diuinis non est causa) sed rationem ad modum cause formalis, quare Filius, qua Filius, distinguitur realiter ab Spiritu sancto. Iuxta secundam vero expositionem dicendum est, Filium, quæ Filium, non ab spiratione actiua, sed à filiatione, habere quod distinguitur realiter ab Spiritu sancto, quatenus tamen filiatio est talis naturæ, ut constitutum suppositum à quo est Spiritus sanctus, ac proinde ut habeat annexam spirationem actiua, cuius naturæ non esset filiatio, si Spiritus sanctus à Filio non procederet, & idem facta hypothesi, quod Spiritus sanctus à Filio non procederet, filiatio non distinguenter Filium ab Spiritu sancto.

Ad secundam confirmationem. dicendum est, disparem esse rationem in diuinis, & in creatis, ut explicatum est. Cetera namque quæ in creatis disparata sunt, in diuinis non distinguuntur propter omnitudinem simplicitatem, & unitatem, illimitatamque perfectionem diuinam, sed ea tantum distinguuntur in diuinis, inter quæ certatur oppositio in sensu explicato, scilicetque oppositione non esset maior ratio, quare filiatio & spiratio passiuam distinguenter inter se, quam paternitas, & spiratio actiua, cùm secula oppositione, hæ duas posteriores rationes formales aquæ disparatae videantur inter se, ac due priores.

Ad quintum. Ad quintum negandum est antecedens, ex hypothesi quod Spiritus sanctus non procederet à Filio: sicut enim processio actiua per intellectum, & processio actiua per voluntatem non repugnat eidem persona, esto yna processio supponat aliam: ita processiones passiuæ non repugnant, si neutra persona ita procedens esset ab alia.

Ad Anselmum, vel dicendum est, loqui de distinctione virtute, vel loqui de natuitate & processione ut modò sunt, quo pacto est inter eas oppositio in sensu explicato, ex ipsarumque natura est, quod Spiritus sanctus sit à Filio.

Ad sextum. Ad sextum negandum est, ea hypothesi data, futurum ut Spiritus sanctus esset alia persona à Filio. Licet enim vtque haberet rationem persona, ut probat argumentum, ac proinde in Filio & Spiritu sancto essent duas personæ, neque unus esset persona distincta ab alio: eo quod ad pluralitatem personarum non satis sit pluralitas rationum perso-

na, sed necessaria etiam sit pluralitas substantiarum individuarum, seu incommunicabilium, ac substantiarum, que esse nequit sine distinctione reali vius substantia ab alia. Itaque sicut in Christo est ratio personæ naturæ diuinæ, & ratio personæ naturæ humanae (est enim individua substantia naturæ diuinæ, & individua substantia naturæ humanae, licet quod Christus individua, id est, incommunicabilis, substantia sit naturæ humanae, non habeat ex propriis naturæ humanae, sed ex Verbo diuino, quod est hic homo à natura singulari humanae, quam habet unitam, incommunicabilitatem vero habet ex se; non tamen sunt duas personæ, quia non sunt duas substantiae individuae, sed una tantum propter unitatem substantiarum: ita Filius & Spiritus sanctus habent duas rationes personæ, non tamen essent duas personæ, sed una tantum. Quo loco aduerte, eodem modo teneri aduersarios solvere simile argumentum, quod tunc contra eos posset fieri, de Patre & spiratore: esset enim tunc spirator quid incommunicabile, eo quod soli Parri conueniret, ac proinde haberet rationem personæ.

ARTICVLVS III.

Vtrum Spiritus sanctus procedat à Patre per Filium.

*Affirmans
conclusio in
quo sensu sit
vera.*



ONCLVSI O affirmat, eamque admittit Concilium Florentinum in literis sanctæ uniorum. Ex dictis vero art. precedente disputatio 2. patet, in quo sensu sit vera, & assentur à Sanctis. Si enim spectimus Filium quatenus à Patre habet eandem vim spiraturam numero, qua est in Patre, dicendum est Spiritum sanctum procedere ab utroque immediate, & simul etiam quodammodo à Patre per Filium, quatenus Filius per virtutem acceptam à Patre spirat. Itaq; utrique supposito tribuitur spiratio immediate, sed supposito Patris, simul etiam quodammodo mediæ, quatenus Filio communicavit eamdem virtutem numero, qua utraq; spirat immediate.

*Spiritu
sanctum
esse filio per a-
cceptam in utro-
que.*

*An sit ad-
mittendum
Spiritu[m] an-
tiquum prin-
cipaliter,
aut propriæ à
patre.*

Dubium est, utrum hæc etiam sit concedenda, Spiritus sanctus est à Filio per Patrem? D. Th. hoc loco ad ultimum videtur eam negare. Durandus vero in i. d. 12. q. 3. & Torres hoc loco censem posse in hoc sensu concedi, id est, per virtutem acceptam à Patre: quemadmodum concedimus Prætorem operari per regem, id est, per facultatem communicaram à rege. Et quidem placet quod dicunt, quanvis propositione sine distinctione non sit concedenda.

Dubitatur etiam, utrum concedendum sit, Spiritum sanctum esse principaliter à Patre, & esse propriæ à Patre? D. Augustinus 15. de Trinit. cap. 17. & 26. in hoc sensu affirmit Spiritum sanctum esse principaliter à Patre, quod Pater à se habeat, ut producat Spiritum sanctum, Filius vero non à se, sed à Patre id accepit per generationem. Cum enim cap. 17. prius dixisset, Spiritum sanctum principaliter procedere à Patre, subiunxit: Ideo addidi principaliter, quia & de Filio Spiritus sanctus procedere repertus: sed hoc quoque illi Patre dedit. Hieronymus etiam, aut quicunque aliis eius operis est autor, tom. 4. in explicatione Catholicæ fidei, Nicenique symboli, scribens ad Cyrillum in eodem sensu ait: Creditur Spiritum sanctum, qui de Patre processit propriæ. Et inferius: Spiritum sanctum verum Deum invenimus in Scriptura, & de Patre propriæ esse. Verum licet hi Patres in sensu explicato eo modo loquantur, numquam tamen est concedendum, Spir-

A tum sanctum minus principaliter, aut minus proprie procedere à Filio, neque id ipsi vnumquam concessissent. Non etiam videtur surpandus modus ille loquendi, sed piè exponendus.

ARTICVLVS IV.

*Vtrum Pater & Filius sint vnum principium
Spiritus sancti.*

DISPUTATIO I.

CONCLVSI O affirmat. Eam probat D. Thom, quia in diuinis omnia sunt vnum inter quæ id non impedit relationis operationis: sed Pater & Filius non opponuntur relativè in hoc, quod sunt principium Spiritus sancti: ergo Pater & Filius sunt vnum Spiritus sancti principium.

Adverte, conclusionem propositam eo modo, esse de fide. Definita namque fuit in Concilio Lugdunensi cap. Fidei, de summa Trinitate & fide Catholica lib. 6. vbi sic habetur: *Spiritus sanctus aternalius ex Patre & Filio, non tamquam ex duobus principiis, sed tamquam ex uno principio, non duabus spirationibus, sed una spiratione procedit.* Et inferius: *Damnamus omnes qui temerario ausu presumperint assertare, quod Spiritus sanctus ex Patre & Filio tamquam ex duobus principiis, & non tamquam ex uno procedat.* Et in Concilio Florentino in literis sanctæ uniorum his verbis: *Spiritus sanctus suum esse substantiam habet ex Patre simul & Filio, & ex utroque aeternaliter tamquam ab uno principio, & unica spiratione procedit.*

DISPUTATIO II.

*Vtrum hæc sit propria, Pater & Filius sunt vnum
principium Spiritus sancti.*

DIUS Thomas hoc loco referunt sententiam quodrumdam, qui dicebant, prædictam propositionem non esse propriam. Ducebantur in hanc sententiam, quoniam cum nomen principium Spiritus sancti, non sit nomen personæ, sed cuiusdam proprietatis communis Patri & Filio, dicebant non esse nomen substantium, sed adiectivum: vnum vero adiectivum non determinat aliud, sed utrumque determinat substantium: quare cum in hac propositione, *Pater & filius sunt vnum principium Spiritus sancti*, ponantur duo adiectiva à parte prædicati, videlicet, *vnum*, & *principium*: de Patre vero & Filio non sit verum dicere quod sit vnum, propositione non erit vera, nisi dixit, *vnum*, sumatur aduersari, ac sit sensus, Pater & Filius sunt vnum principium Spiritus sancti, id est, uno modo principium: quæ locutio est impropria. In eo ergo sensu dicunt propositionem usurpatam esse à Sanctis, & esse veram, impropriam tamen.

Hanc sententiam impugnat D. Thomas. Primò, quia si propositione illa in eo sensu concederetur, & affirmaretur à sanctis Patribus, concederetur etiam hæc: *Pater est duo principia Filij & Spiritus sancti*, id est, duobus modis principium, nempe per intellectum, & voluntatem, generando, & spirando: et tamen non concedunt. Secundò, quia licet nomen, *Principium*, significet proprietatem, significat tamen eam substantiam, quemadmodum nomina, pater, dominus, & cat. sunt nomina substantia. Atque inde sumit rursus argumentum ad con-